salutationis reuerentiã soluens deprecor ut suggestionem quam apud
uos deposuerit presentium portitor aduotiuum pducatis effectũ. uale.

PETITORIŨ QUO ABSOLUTUS EST GERONTIUS PUER SSI

Deus arbiter uniuersitatis & conditor illa res humanas lance dispensat
ut & fidelis praemium & poenam rebelles excipiant. lassis enim
deuotorum obsequii sualitudinem tribuit dum muneris oblatione
succurrit. Perdit laboris memoriam menster renis obligata
carceribus quotiens illi uicissitudine subuenitur. In antiquum
sudoris iuuenis(c)it affectũ qui necessitatem gratiae melle conmutat.
sanctorum poenae dum corona quaeritur abiurantur. Cui dubium est
quod nec ad caelum sine fiducia remunerationis adceditur. Imitanda est
mortalibus duce sapientia illa quibus aeternus ordo conponitur. securus
est actibus animus unde sumpsit originem. dum deo deuotae famulatis
quod praestolamur offerimus. A superna enim conuersatione ñ dis
crepat qui talem obsequentibus inpendit dominũ qualẽ sibi uult esse
salutis auctorem. Gerontium itaque cuius a me conperta fides pudor
integritas & exigit libertatem & suis dotibus innotescit. per psens
petitorium a beatitudine uestra romanae deprecor ciuitatis gau
dere consortio cuius ego absolutionis non tam largitor quã testis
existo. abiecta enim ess& naturae designati nisi moribus uulgaretur.
Hunc quidem sum dudũ interueniente commutatione mercatus.
sed quia nullum est maius commodum quam illud quod serenium
examen adsequitur. eligi palmam iudicii quam de adquisito ha
bere conpendium. Ostendit mihi iusta predicti seruitus psonã
non esse seruilem. Ergo nominato non tam cupio ingenuitatẽ
tribui quã refundi. scio qd recte uile nomen expulerit qui ante
ingenuus credi meruit quam uocari. remisso ergo abeo quod mihi
debebatur obsequio quam suam esse conuersatione docuit eidem
restituo libertatem. suplicans coronae uestrae ut gestis ecclesiasti
cis ex omni obnoxi&ate soluatur. ut perp&uo romanae urbis
possit exultare collegio omni peculio suo sine aliqua inminutione
concesso. nec fas est ei de adquisitis quicquam minui quem pol
lice ordinis &iam potioribus subsequendum finit.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0190